

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Urkunden und Akten der Stadt Strassburg**

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

**Wiegand, Wilhelm**

**Straßburg, 1879**

1260 - 1261

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

462. Graf Sigebert von Werde Landgraf des Elsaßes verspricht der Stadt Straßburg gerechte Untersuchung und Abhilfe ihrer Beschwerden gegen die Bürger von Erstein und bittet sie, zwei oder drei Bevollmächtigte dazu nach Erstein zu senden, denen er sichres Geleit zusagt. [1260].

Sy[gebertus] comes de Werde Alsacie lantgravius honorabilibus viris et honestis Erbonis nato magistro, consulibus et universitati civium Argentinensium promptam et obsequiosam cum reverencia in omnibus voluntatem. sicut de vestrarum tenore didicimus litterarum de nostris burgensibus in Erstein, quos culpabiles et reos dicitis et affirmare contra ipsos proponitis, quod inimicos vestros in civitatem Erstein recepissent et spoliū vestrum apud se tenuissent, et de quibusdam dictis Hertestein et suis complicitibus, qui vestros cives piscatores dicuntur captivasse, vestram universitatem tenore presencium duximus rogandam et monendam, quatinus nostre dilectionis respectu duos vel tres ex vestris concivibus ydoneas personas eligere dignemini, quibus causam vestram per omnia committatis terminandam. nos vero ipsos viros sine periculo corporis et rerum ipsorum de vestra civitate secure conducemus usque in opidum nostrum Erstein et iterum salva pace et segura in vestram civitatem reducemus. et hoc fideliter promittimus per presentes. qui per juramentum perquirant veritatem et secundum quod nostros homines invenerint reos et culpabiles, vobis de ipsis exhiberi satisfactionem debitam et condignam sine omni protractione disponemus. ceterum rogamus, quatinus nos et nostros cives predictos per vestras litteras certifficetis et securos faciatis, ne super hoc aliquo modo ipsos molestare presumatis, voluntatem autem vestram per presentium exhibitorum nobis rescribentes.

[in verso] Magistro, consulibus et universis civibus Argentinensibus.

*S aus Straßb. St. A. Verschl. Canzlei-Gew. Corp. K lad. 23<sup>b</sup> nr. 33 or. mb. lit. clausa c. sig. in verso impr. laeso. Vergl. nr. 461.*

*Gedruckt darnach bei Schöpflin Als. dipl. I, 446 nr. 618, ohne Grund dem Jahr 1262 zugewiesen.*

463. In einer Urkunde Bischof Walthers von Straßburg für das Kloster Erstein unter den Zeugen: domino Jo[hanne] de Frankinsten archidiacono Argentinensi, Jo[hanne] cellerario, H[ugone] de Lapide canonico Argentinensi, Willehelmo vicedomino. actum anno domini 1261, 4 nonas aprilis. 1261 April 2.

*B aus Straßb. Bez.-A. G fasc. 2729 or. mb. c. 4 sig. pend. delapsis.*

464. Aebtissin und Convent des St. Stephansklosters zu Straßburg geben ihrem Sacristan Dietrich eine Hofstätte zur Erbleihe. 1261 April 16.

Noverint universi presentem cedula inspecturi, quod nos M[ehtildis] divina miseratione abbatissa et conventus monasterii sancti Stephani Argentinensis concedimus atque concessimus Dieterico sacriste nostro et suis successoribus aream unam